

80

ctarint ad Ordinarios. En judicatum! Status provocant ad Pa-
cem Religionis Imperii, & ad Ferdinandi & Maximiliani diploma-
ta. Responsum; pacem ad Silesios nihil pertinere; non jure, sed
gratuito indultum eis Augustanae Confessionis exercitium. Nunc
paenitet Epimetheos. Urgetur à Caesariis et Episcopo executio.
Sic hinc iudicio perijt forex. Doleo sortem Patria. Sed luctus poe-
nas luxus et insolentia. Sape audivi ex D. Ursino: Patria
mea est Sybaris. dabit poenas. Haec deplorare licet: utinam
precibus avertere! Vale. Heidelbergae 23. Octob. 1604.

Amandus Polanus,
D. Davidi Pareo S. P. D.

40.

Gratias tibi, quas possum maximas ago, Vir clarissime, et frater
plurimum honorande, quod sententiam tuam ad quaestionem proposi-
tam de Theologiae habitu in nobis qualis sit, infusus ne acqui-
situs, mihi explicasti: quam verissimam esse agnosco. (Causa cur
proposuerim fuit, quia ante Septimanas aliquot legens Fran-
ciscae Suarez disputationes Metaphysicas, in quibus interdum Theo-
logiam infusam, interdum acquisitam nominat, de hac rem mihi jus
dicari cogitandum, atque ut simul certali quid haberem, sententiam
tuam exquirere volui, in qua libenter acquiesco. De enim etiam
status, et si verbis aliis utor, nimirum, Theologia habitum in ho-
minibus fidelibus esse compositum, partim infusum, partim acquisi-
tum. Infusum quidem, quatenus est salvifica cognitio
Dei, et Servatoris nostri Christi, aliarumque rerum divinarum ad salu-
tem necessariarum, cordibus nostris à Spiritu Sancto indita, ac proinde
habitum illum cum fide salvifica conjunctum, aut ut Gabriel Biel non
male pronunciat, sicutur Guilielmum Oreamun, Fidem infusam in,
cludere, aut idem esse cum fide infusa, quae et principiis Theo-
logiacis, nimirum scripturis DEO IV & ORIS, & per illas in DEUM
Patrem,

Patrem, Filium & Spiritum Sanctum salutariter credamus.
Acquisitum vero, quatenus est notitia conclusionum ex principiis
Theologicis per discursum Syllogisticum deductorum, et ordine
vidae calico dispositarum, atq; animo impressarum diuturno
no labore et exercitio: Sic ut habitus Theologia in vere fidelibus
non simplex sit, sedque madmodum dictum, compositus, inclu-
dens fidem infusam et acquisitam revelatorum à DEO inferi-
pturâ. Exposui sententiam meam verbis, quibus potui, qui a vo-
luntati, et sensum Eundem nos habere existimo, certè ex peto, studio
habens servare unitatem Spiritus per vinculum pacis. Basilea die
1. Novembris Anno 1604.

41.

D. Amardo Polano D. Pareus S. à Domino Joh.
Valde me delectavit, frater honorande, erudita tua quaestio in da-
ta de Theologia infusâ & acquisitâ explicatio, quam iudico cum
meâ sententiâ se ipsâ convenire, & ides in adversaria mea retuli.
Ego ΠΡΑΚΤΙΚῶν, quae θεωρητικῶν debet includere, vocari infu-
sam: Tu in fidelibus agnovis partim infusam, partim acqui-
sitam. Eodem recidit. Neg enim το ΠΡΑΚΤΙΚῶν est nisi fidelium.
θεωρητικῶν autem dixi acquisitam vulgo, licet in summis audeat
quid εἶθεον. Ego me totum ad Jesuisticas controversias converte-
ram: Sed inter turbor à nostris, ut vel in vitis Lutheranicarum
attingere cogar certamina. Non est dubium, Pontificem per suos
quosdam antesignanos illorum mercede habere conductos, ad oleum
camino addendum: ut nostro disfidio ipse crescat, et facilius alios
per alios atterat. Hoc nolunt illi videre, quod est dolendum valde,
nec me cruciat parum. In nostrâ oppressione sibi victoriam polli-
centur miseri, cum eadem navi nobiscum navigent, pariter servan-
di aut perituri. Nesburgicus sparsit motivas XIX. cur
Aut herani